



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

Svbscriptiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

iniuriam intulisse. Quapropter ipsas a communionis gratia visi fueritis suspendere: ac per hoc nostram exinde mediocritatem elegistis consulere. Igitur quia optime vos nouimus statuta Canonum percurrisse, ac regulae plenitudinem continere, vt qui in talibus excessibus videntur deprehendi, non solum excommunicatione, verū etiam poenitentiae satisfactione debeant coerceri: ea de re addentes cum venerationis cultu summæ auiditatis dilectionis instantium, indicamus ea quæ definitis nos concordantes vestræ sententiæ consentire; quoadusque in synodali Concilio Kalendis Nouembris pariter positi debeamus consilio pari tractare, qualiter talium temeritas frenum distinctionis possit accipere, vt deinceps nulli liceat sub hunc lapsu faciente iactantia similia perpetrare. Atamen quia nos sua dictione dominus Paulus apostolus indesinenter videtur monere, vt opportune importuneque debeamus quoscumque credentes sedula prædicatione corrigere, & pietatem protestatur ad omnia utilem esse: ideo suggerimus, vt adhuc oratione assidua Domini misericordiæ deprecemini, vt ipse spiritus compunctionis ipsas inflammare dignetur, vt id quod per delictum visæ sunt contraxisse, digna satisfactione poeniteant: vt in monasterio suo vestra prædicatione animæ, quæ quodammodo perierunt, propitio Christo reuertantur: vt ille qui vnam humeris illatam errantem ouem ad ouile reduxit, & de istarum transgressione, quasi acquisito gregi, congaudere dignetur: hoc specialius postulantes, vt pro nobis intercessionum vestrarum suffragia indesinenter, vt confidimus, tribuatis.

#### S V B S C R I P T I O N E S.

Peculiaris vester Ætherius peccator salutare præsumo.

Cliens vester Hesychius reuerenter audeo salutare.

Amator vester Syagrius reuerenter saluto.

Cultor vester Vrbicus peccator famulanter saluto.

Venerator vester Veranus episcopus reuerenter saluto.

Famulus vester Felix salutare præsumo.

Humilis vester atque amator Felix audeo salutare.

Humilis atque obediens vester Berthramnus episcopus audeo salutare.

NOTA